

1945.

1313 d. 29 Nov.

Hadwet.

Biskop BRYNOLF i Skara intygar den öfverenskommelse, som blifvit uppgjord mellan Domprosten Bengt å ena sidan och Asgot af Bjerlanda samt dess grannar å den andra, rörande gränsen mellan deras andelar i skogen vid Hadwet.

Registr. de bonis Preposit. Scarens. pag. 10.

Omnibus presens scriptum cernentibus B. dei gracia scarensis episcopus Salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes quod anno Domini M CCC XIII in vigilia beati Andree Magister Benedictus prepositus scarensis ex vna parte et asgothus de bierlandom cum vicinis suis ex altera presentibus discretis viris dominis andrea de bierghom wigone de fæsbiergh eskillo de frølundom laurencio de sæteldhrum ac laycis gøtaro hamwidheron haraldo bryniolfson Sigwido bendictzson arnbjørn et benedicto de biornarudh ac multis alijs fidedignis coram nobis in hadhwet constituti Super silua de qua controuersia vertebatur inter eos amicabiliter et concorditer inter se composuerunt Consenciendo in limitibus que secuntur videlicet haghhabæk, haghasio bersio bersio vestri, brunztiærn brunztiærns dal bryniunxdal fulaker hallin a swinanæs slæt w biørbak widher ramskiældu hoc adiecto quod dictus prepositus et singuli sui successores siluam totam inter dictos terminos et curiam hadhwet situatam absque impetitione cuiuslibet possidere et habere debeant in perpetuum pleno iure Ne igitur supra silua seu limitibus supratactis possit in posterum aliqua dubietas suboriri sigillum prepositi sacerdotum et laycorum supradictorum vna cum sigillo nostro presentibus sunt appensa In premissorum testimonium [et] euidentiam pleniorum Datum et actum anno die et loco supradictis.

I kanten är sednare inskrifvet: Limites silue hadwet.

1946.

1314. Odat.

Förteckning öfver årliga beloppet af den så kallade SEXÅRSGÅRDEN, hvilken år 1314 och de följande fem åren utbetaltes af Ärkebiskopsbordet, domprosteriet, dekanater, prebender, pastorater och kloster i Upsala stift, till följd af Påfven Clemens V:s på kyrkomötet i Vienne gifna befallning.

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 235. (f. 142. v.).

Taxus decime sexennalis. Anno domini M^o CCC^o quartodecimo decima sexennalis imposita per dominum clementem papam quintum in concilio vniuersali secundu[m] taxationem dominorum mathie canonici vpsalensis et inguari de birium felicis memorie collectorum eiusdem ad hoc specialiter iuratorum colligebatur in TIUNDIA de singulis dignitatibus et beneficiis per modum seu ordinem infrascriptum videlicet